



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. De Secretarii Sociis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

\* R. c. 5, 6, 7.

*De ratione  
scribendi lite-  
ras.*

\* R. c. 8.

\* R. c. 9.

præbeat; & verba ipsa, nedum nego-  
tia, ex voluntate Generalis metiarur.

9. Ratio autem scribendi literas cum  
Religiosa semper debeat esse; alia tamen  
adhibenda cum Nostris, nempe usitata So-  
cietatis; alia cum Externis, nempe attem-  
perata conditioni Personarum, & praxi.  
At utrobique Generalis voluntatem atque  
ingenium exprimat. \* Demum ei cura  
injungitur, & dictatur modus annuas li-  
teras colligendi, spargendique per Socie-  
tatem. \*

## S E C T I O III.

*De Secretarii Sociis.**Quinam di-  
cantur Substituti  
Secretarii.*

y R. Subst. 1.

*Eorum obliga-  
tiones.*

I. **A**Djunguntur Secretario singuli pro  
singulis Assistentiis Patres; qui à  
Vicaria, quam ei præstant, ope dicuntur  
Substituti: habent & ipsi suas Regulas, sed  
magna ex parte conformes Regulis Secre-  
tarii. y

2. Subjecti sunt Vice-Præposito, quoad  
domesticam disciplinam attinet: in iis, quæ  
ad Secretarium pertinent, Secretario; ut  
supra dictum. Non ita suis Assistentiis sunt  
addicti, ut aliis etiam non debeant com-  
modare operam, si jubeantur; quin &  
Scrip-



Scriptoribus præsto esse debent in compli-  
candis literis, si opus habeant. z

z R. 3. 4. & 15.

3. Scriptorum nullæ sunt peculiare  
Regulæ; non placuit eos contributione  
Provinciarum in Romana Professorum  
Domo sustentari, sed P. Generali com-  
mendatum est, ut aliam iniret viam, citra  
Domus gravamen, illos alendi. \*

Amanuenses.


\* C. 4. D. 12.

CAPUT VI.

De Assistentibus.

SECTIO I.

Assistentium munus, & qualitates.

1.  Sistentes instituti sunt. 1. Ut  
erga Præpositum Generalem  
eam providentiam, quam So-  
cietas exercere debet, exer-  
ceant. 2. Ut eundem in Gubernatione  
consilio, diligentia, & labore adjuvent. b

Assistentium  
munus.

a P. 9. c. 4. §. 1.  
& A. & C. 5. §.  
2. & C. 1. D. 8.  
& R. Ass. 7.  
b P. 8. c. 1. G. &  
P. 9. c. 6. §. 11. &  
R. Ass. 7 & C.  
1. D. 80.

2. Debent esse Professi quatuor Voto-  
rum, probi, fideles, Societatis, & boni  
communis amatores; qui consilio polleant;  
sint discretionis dono præditi; in rebus ge-  
rendis versati; & ad conversationem cum  
hominibus idonei; ad conservandam inter  
se, & cum Superiore pacem, & unionem

Dotes.

Dd 4 apti: